ac stimulis, qui altera tortura dicipunt, expositus crudelissime
excarnificat dilaniatque. Quis a pulice nefarium
prædonem vocare prohibebit, qui Dominum quidem non pecunia,
non divitijs, non opibus denique, sed quod longe charius, imo
charissimum illi est, proprio, inquam, cruore, quo sustentatur
per quem nutritur, cuius ope vivit, quo denique ad omnes vitæ
functiones, ipsa Artem, maxime uti convenit, privat ac
iniquissime spoliat. Felicem igitur te o Aselle,
imo terque quaterque beatum prædico, qui tam immanem tyran-
num, ita crudelem carnificem, minime perferre cogeris, solus
inter animantia, hoc privilegio gaudes, ut a pulicibus
et pediculis semper immunisque existas. Verum ut ipsa
tristis illud finis coronet opus; quod ni igitur in fine, pulicis
videlicet morte, aliquid laude dignum invenias, et certe aliquid
invenio, dixi in superiore oratione suavissima illum ac maxime
plausibili occumbere morte, dum non lentis, non acutis
consumitur doloribus, non vesicæ, non renum, non podagræ morbos
experitur, non denique laborat ventriculi torsionibus; cum vero
cum occumbit, quodam lætitiæ ~~foro~~ signo, videlicet sub pol-
lice edito quodam plausibili sono extinguitur, egregia ac sterile
pulicis hæc laus esse debet, tribuo itaque hanc illi laudem
si tamen laus dicenda est, applaudo illi tam felicem plausibil-
emque mortem qualem et fures et latrones sub ictu vel rota
aut gladij subire coguntur.